

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Stephan Scultetus    Christophorus Sternberg

## **Disputatio Medica De Epilepsia**

Rostochii: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73011922X>

Druck    Freier  Zugang



R. U. med. 1642.

Stephan Schultetus, Praes.  
Anistoph Sternberg, Resp.



TIO MEDICA

De

# EPSIA,

VAM

M. ADIUVANTE

PRÆSIDIO

T EXPERIENTISSIMI

VR

## IANI SCHVL-

ed: Doct &

Prof. P.

camini subiect

## HORUS Sternberg/

g. Bor.

Oeobris horis maturinis,  
uditorio Majori.



## TOCHII,

KILII, Acad. Typogr.

A. DC. XLVII.

56

65

56



DISPUTATIO MEDICA  
*De*  
**EPILEPSIA,**

*QVAM*  
DEO OPT. M. ADIUVANTE  
SUB PRÆSIDIO  
CLARISSIMI ET EXPERIENTISSIMI  
VR

Dn. STEPHANI SCHVL-  
TETI, Med: Doct &  
Prof. P.

*Publico examini subiicit*  
**CHRISTOPHORUS Sternberg/**  
Reg. Bor.

*Ad diem 16. Octobris horū matutinis,  
in Auditorio Majori.*



**ROSTOCHII,**  
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLVII.

DISPUTATIO MEDICA



NOBILITATE, PRUDENTIA,

rerumq; gerendarum usu maxime

conspicuis

VIRIS,

DNN: CONSULIBUS

ET SENATORIBUS INCLYTÆ

Civitatis Palæopol: Regiomontanæ, Pa-

triæ Patribus Vigilantissimis, Dominis, ac stu-

diorum suorum Promotoribus, omni

observantiæ cultu æternum

honorandis,

Medicas hasce theses in debitam gratitudinem,  
Et ulteriorem sui commendationem reve-  
renter

Inscribit & offert.

Autor Et Respondens.





## THESES I.



Ravis & portentosa affectus species est Epilepsia, quæ præcipue in teneram ætatem impotenter sœvit, horribilis plane asperitu: ita ut non sine multâ consternatione, juxtaq; commiseratione conspici possit Epileptico detentus paroxysmo.

### II.

Dicitur Epilepsia ἡπλαμβάνεσθαι, à subità mentis sensuumq; interceptione; dicitur & morbus Herculeus, quia magnus & vehemens est affectus. Veteres ἑρκυρια vocabant, sive quod præcipuam & divinissimam corporis partem perturbet, sive quod divinitus eum immitti crederent. Appellatur vulgo morbus Comitialis, à Comitijs Romanis, nam illi, si quis tum temporis hoc morbo corriperetur, Comitia in alind tempus differebant. A subito lapsu etiam caducus dicitur; vocatur & Sonticus, quasi valde nocens: Lunaticus quoq; quod sub certâ Lunæ facie excitari soleat, vel quod iij, qui in noviluacio nascuntur, hoc morbo præcipue corripi soleant.

### III.

Est Epilepsia actionum principum sensusque & motus voluntarij ablato & cessatio, cum totius corporis præternaturali convulsione & motu convulsivo, à materiâ acri, & peculiari ac occultâ vi cerebro infestâ, & membranas cerebri nervosumque genus vellicante ortum habens.

art 3 Pto. ij. t Horall  
of mecaniblin.

### IV.

Per motum convulsivum non intelligo illius modi convulsionem, cuius sunt propriâ convolutionum genera, ut Empromo-

A 2      sthotonos,

Defini-  
tio.

**A**shotonos, Opisthotonos & Tetanos, hi enim affectus sunt continui & pertinaces, convulsiones Epilepticae vero ex intervallo afflぐunt, & propterea similitudine quadam ad illos hic affectus convulsio dicatur. In convulsione quoque facultates principes non laeduntur, in Epilepsia vero illae & sensus simul ut plurimum laeduntur.

V.

In Epilepsia sensus & actiones principes laedi manifestum est, idque fit ab irritatione cerebri & meningum à vapore acri atq; infesto, quā irritatione principium nervorum molestè afficitur, atque hinc spiritus animales partim turbantur, partim dissipantur, turbatis autem spiritibus animalibus, cerebri quoque functiones laeduntur, nam absque horum ope actiones illae perfici non possunt.

VI.

**Causa.** Causam quod attinet hujus mali, de ea valde controvèrtitur. Multi sunt, qui Epilepsiam fieri statuunt à crasso humore, qui cerebri ventriculos obstruat, sed non integrè, quemadmodum in Apoplexiā, quem dum cerebrum ejicere conetur, sese contrahat, quo contracto, nervi etiam per consensum contrahantur.

VII.

Verum si causa hujus mali esset humor crassus, quomodo ille postea tam subito discuti posset, ut nullum ferè sui relinquit vestigium? nam contrarium fieri videmus in illis morbis, qui à crassis oriuntur humoribus. Notum etiam est, quosdam unā die multoties Epilepsia laborasse, adeo ut non desint, qui curarunt pueros lactantes, qui singulis diebus quadraginta vicibus correpti fuerunt, quod si evenisset à materiā crassā & lentā, illa certè unā die toties tamque cito colligi ac rursus discuti non potuisset.

VIII.

Deinde materia Epilepsiae causa obstruendo id præstare non potest; nam si ab obstructione cerebri ortum haberet, ab Apoplexiā minoris & majoris tantum ratione differret, eandemq; causam & Apoplexia & Epilepsia haberet, nisi quod humor crassus in Apoplexiā perfectè, in Epilepsia vero imperfectè ventriculos

los

los cerebri obstrueret, hinc neque tam diversa habere possent  
symptomata.

IX.

Insuper si Apoplexia foret obstructio perfecta, Epilepsia imperfecta, Apoplexiā vel præcederet vel sequeretur Epilepsia; nam impossibile est tam repente cerebrum obstrui, ut non gradatim incrementa sumat; & hinc ob inchoatam & semiplenam obstructionem Epileptica præcederent symptomata, cum sæpe vertiginem, capitis dolores & similia symptomata Apoplexiā prædere videamus; multo minùs possibile est, uno quasi momento obstructionem illam à tam crasso humore integre solvi posse: Ideoquè sive desinat, sive ingruat Apoplexia, cum obstructio non est integra, Epilepsia generaretur.

X.

Vero igitur magis consentaneum videtur, proximam causam hujus mali esse tenuem & vaporosam materiam, infensam atque inimicam suā naturā cerebro ac nervoso generi, sive acrimoniā, sive venenatā ac malignā qualitate, illud præcipue afficiat. Nam hæc materia non solum subito cerebrum & totum genus nervosum pervadit, sed etiam paulò post ita discutitur, ut nullum ferè ejus vestigium appareat. Quod etiam videre possumus ex Epilepticorum capitibus post mortem apertis, in quibus sæpè Clarissimi Medici causam hujus mali magnā industriā quæsiverunt, sed nihil invenerunt, ex quo obstructio aliqua colligi potuerit, talia potius, quæ cerebrum vellicando & mordicando molestant, ut aliquando maculam, aliquando humorem atrum vel spumosum in internā aliquā sede calvariae, ossis vel membranæ, interdum verò prorsus nihil.

XI.

Διάγετον illam Epilepticam humores etiam alij induere possunt, ut & corporis partes corruptæ, vermes, sucundinæ &c. quā vero ratione διάγετον illam causæ hæc induant, dici non potest, & non nisi ex effectu cognoscitur.

XII.

Non-nunquam etiam cum semine à parentibus in liberis malum derivatur, & illis hæreditarium sit. Causa etiam ab Astrologis in eclipses Lunæ & syderum situm, multorum cum applausu, refertur.

XIII.

Ad generationem hujus mali mylum etiam facit cibus mali succi, & qui in ventriculo facile corrupti potest, vel specifica natura huic malo generando aptus, ut sunt, anguillæ, passeres, caro suilla, coturnices, anseres, caprinum hepatis, tubera, fungi, &c.

XIV.

Causæ procatarecticæ sunt, radij Lunæ, inedia, Venus, ira, olfactus rerum foetidarum, timor, tristitia, tonitrua, ventorum fatus, quæ omnia latitantes in corpore Epilepsia causam excitare possunt.

XV.

Triplex à plurimis statuitur Epilepsia, una primaria ex cerebri proprio affectu, & is modus est, qui Epilepticis pluribus accedit, & deterior periculosiorque est, quam reliquæ species: alia ex consensu viscerum, imprimis ventriculi, qui modus satis quoque frequens aliquando etiam uteri, lienis, &c. Tertia ex consensu partis alicujus extremae, vel in ambitu corporis, ut manus, pedis, &c. nam & ex hisce partibus aura quædam maligna non raro in caput fertur, & hoc symptoma inducit, sed hic modus reliquis minus vulgaris est. Dantur & imperfectæ quædam Epilepsia, aut viæ ad Epilepsiam, in quibus aliquæ saltem partes convelluntur, & ægri non concidunt: Ita observatum est, quosdam Epilepsiam laborasse absque aliarum partium, sed cum capitis tantum concussione.

XVI.

Infantes autem & pueri maximè omnium hoc malo cripuntur, ob multitudinem humorum & vaporum corruptorum, ex planiore & importuno vietu, ut & occasione vermium in corpore latentium, sive vivorum, sive mortuorum, nam ilorum causæ materia commovetur, horum putredo existit. Dolores

lores quoque dentium vehementes, cerebro in consensum tracto,  
convulsiones excitat<sup>e</sup> possunt.

XVII.

Signa quæ Epilepticum paroxysmum præcedunt in alijs  
alia dantur, vulgatissima autem sunt; capitis gravitas & do-  
lor, faciei obscuratio, caligo oculorum, auditus hebetudo, ser-  
monis læsio, cogitationum turbatio, oblivious, pavor, mœ-  
stitia, & quando homo subito sine ullâ instantis mali præsensione  
corrut.

XVIII.

Paroxysmum vero jam præsentem, à quacunque et-  
iam parte proveniat, indicant convulsiones, clamores, ronchi,  
tremores, in gyrum circumactos, lapsus in terram, functionum  
animalium læsio, spuma ex ore eruptio, urinæ, fecum alvi, aut se-  
minis præter voluntatem excretio.

XIX.

Epilepsia omnis per se grave malum est, periculosior  
vero illa, si quis vehementi convulsione concedat, & absq; inter-  
missione longis & fortibus quatatur motibus. Malum etiam si-  
gnum est, stertor, dentium stridor, partium faciei perversio, spuma  
multa, semen effusio, & imprimis si spiratio vehementer impedi-  
ta & difficulter procedat; significat enim facultates animales ita  
esse debilitas, ut instrumentis respirationi inservientibus debito  
modo uti non possit; periculosisima omnium hereditaria est. Du-  
rat verò hic morbus s<sup>e</sup>pe ad annos pubertatis usq;, quos si supera-  
verit, difficilioris jam est curationis.

XX.

Mature igitur s<sup>e</sup>vo huic malo succurrendum, & totis vi-  
ribus in id incumbendum, ut causæ, ubicunq; etiam lateant, è cor-  
pore tollantur. In curatione ergo duo tempora Medico maximè  
observanda, unum paroxysmi, alterum intermissionis: In priori  
faciendum, ut æger quam citissime à paroxysmo liberetur, & paro-  
xymsus solvatur: In intermissione opera danda, ne paroxysmus  
repetat, neq; æger imposterum iterum corripiauit.

Signa-  
dia-  
gnos-  
tico.

Pro-  
gno-  
stica.

Curatio-  
nus scopi.

al. Quod

X XI.

Quod primum attinet, ægro os & dentes, vel manibus, vel alio modo diducantur, ut spuma detur exitus, & respiratio liberius procedat, & quod interdum fieri solet, nemorsu linguam lædat; membra convulsa extendantur; ut facultates quodammodo excitentur, aures clamore fortii impleantur, in quibus tamen omnino cautio aliqua adhibenda; spina dorsi inungatur oleis convenientibus & aquis antiepilepticis; aceto ac sale pedum plantæ fricentur.

X XII.

Illinantur naribus aquæ antiepilepticæ, oleum & balsarium rutæ, succini, caryophyllorum, majoranæ, nucis moschatae, pulegii, & alia, quæ vi discutiendi & attenuandi prædicta sunt, vimque specificam Epilepsia resistendi habent. Sufficiet etiam fiant ex granis Juniperi, semine rutæ, & imprimis ex succino albo.

X XIII.

Alvus glande vel clysmate acriore, si diuturnior sit paroxysmus, stimuletur, ut non solum excrementa in intestinis ac locis vicini hærentia evacuentur, sed & per hunc revulsionis actum vapores ad alvum deducantur, qui alias ad caput adscenderent.

X XIV.

Plurimum quoq; confert, si lingua & palatum illinunt Theriacâ, mithridatio, castoreo in aceto macerato, Confest: Anacardin: aut dicastor: in aquâ vel succo lavendulae, rutæ, aut alio conveniente, aut aceto rutaceo dissoluto: sal, non quidem solum esculentus, sed imprimis ex rutâ & aliis plantis antiepilepticis elicitus dentibus affricetur & ori indatur. Revulsionis quoque causa, frictiones & ligatura in brachiis, cruribus & pedibus instituta conducunt; neq; sternutatoria, in adultis præcipue, negligenda. Nec tamen omnia ista omnibus confusè adhibenda; quippe Medicus præsens quibus & quo ordine utendum, optimè omnium determinabit.

X XV.

Curatio exrra paroxysmum à sanguinis missione inchoanda, si plenitudinis notæ appareant, si virtus ægri valida existat

stat

stat, & ætas consentiat; sed hoc ab initio statim, præmissis tamen medicamentis, quæ primas eluant vias, tentandum. At in affectu inveterato venæ sectio tutius omittitur, quam administratur.

XXIV.

Post venæ sectionem de purgatione cogitandum, cui tamen humorum præparatio, nisi sit quod impedit, præmittenda, cui usui inservient: radix pœoniae, ruta, betonica, salvia, majorana, melissa, hyssopus, & alia, in pituitosâ præcipue dispositione. In ipsis purgantibus à lenioribus incipiendum, & ad fortiora progre-diendum, maximeq; ad illos humores curatio dirigenda, qui abundant, eaq; continuanda, quoūsq; opus fuerit. E medicamentis commoda hîc sunt, agaricus, sena, pilulae cochiæ, & alia hujus generis.

XXVII.

In malo pertinaciore, quando medicamentis purgantibus cedere non vult, quia illius radices jam altius infixa sunt, sudorifera etiam post alias evacuationes usurpanda, in iis, qui talia ferre possunt, quæ efficaciora erunt, si medicamenta antiepileptica intermiscentur; huc facient, Decocatum ligni Guajaci & Chinæ, quibus addi posset viscus querens, vel potius colurnus aut tiliacus, radix pœoniae, ut plura non attingam. Eundem in usum propinabitur spiritus: Cardui benedicti, Sambuci, Magister: C. C. & Smilia.

XXVIII.

Imprimis vero ea medicamenta frequenter usurpan-da, corpore tamen prius debito modo evacuato, quæ occultam & specificatim vim Epilepsiae resistendi habent, maxima enim in illis curationis spes est, ut sunt, pœonia, viscus arborum modò dictarum, ruta, cranium hominis violenta morte interempti, unguis alcis, corallium, succinum, radix dentariæ, flores tiliæ, C. C. stercus pavonis, & infinita alia, quæ partim nota sunt, partim ab alijs atque alijs commendantur, illisq; singulis diebus, quibus alia medicamenta non exhibentur, uti possumus, pro diversâ tam corporis constitutione delectus quidam habendus. Admiseri etiam illa possunt alijs medicamentis præparantibus, purgantibus & sudoriferis, ut ex antecedentibus constat. Inter composita

B

eminent

eminent aquæ Epilepticæ variæ, aqua hirundinum, pulvis Mar-  
chionis, & alia, quorum in officinis ac Dispensatorijs paſim co-  
pia eſt.

XXIX.

Dum iſta aguntur externa etiam medicamenta varijs formis in  
uſum trahenda, ſacculi capiti imponendi, cervix, tempora & spi-  
na dorsi oleis & unguentis convenientibus inungenda; amulera  
geſtanda quoquequæ occultâ vi ad morbum hunc depellendum  
proſunt, cuiusmodi ſunt, radix pœonie, ſambucus ſaligna, ungu-  
la alcis, corallium.

XXX.

Uti materia illa, quæ in cerebro ex debilitate colligitur, expur-  
getur, & caput eo melius evacuetur, errhinis, apophlegmatiſmis,  
ſternutatorijs & gargarismis opus eſt: nunquam tamen in hiſce  
omittantur, quæ occultrâ vi contra Epileptiam pugnant, uti ruta,  
& alia Cephalica.

XXXI.

Tandem ad cauteria quoque deueniendum, ſi neceſſitas ef-  
flagitet, tam actualia, quam potentialia, præterit ſi materiæ  
ſedes in capite eſt, quo tempore ad coronalem ſuturam caute-  
riū applicabitur; ſed cavendum, ne vicinæ cerebrimembranæ  
in hujius applicatione laedantur, & gravius malum inde excite-  
tur.

XXXII.

Ad corroborandum cerebrum, cuius vel maximè cura ha-  
benda, exhibeantur medieamenta ex Cephalicis & Antiepilepticis,  
quæ paſsim nota, & quorum in præcedentibus non pauca com-  
memoravimus, & hæc rurus varijs formis administrari poſſunt,  
tam intra, quam extra corpus.

XXXIII.

In puerorum & infantum curâ nutrici quoque ſuæ ſunt  
partes, quæ omnia, quibus occasio huic malo præbetur, diligenter  
ſime evitare debet: Infans ipſe non terreatur, nec ad iram teme-  
rè concitetur, immo nec cerebro nimis lavetur, ne importuna ſiat hu-  
morum agitatio.

Senn, lib. V. p. III. ſ. M. 643. p. 1520.  
In Cæntrorū ap. antiquis erat ſicq; ut cœntrū, nra, el abſcēſſa apertū, vel pars ſicq;  
ad zōboīzq; p. te potiū actualiū, & potentiaib; cæntrorū compati: Hodiē non  
zaro ad q; anteriorū ſicq; potiū actualiū. ad ipſo ſicq; partē, ſumores uirū partē  
cacti, uis ſum & cæntrū ſum, ſumores ſum partē, ſumores ſum partē

XXXIV.

Frustra autem medicamenta usurpantur, nisi ijs correspon-deat Diæta. Sit igitur aër, in quo æger decumbit, purus & tem-peratus, qui tamen quo magis ad siccitatem declinat, eò meli-or; vitetur cibus, ex quo crassi humores & cerebro inimici col-ligiposunt, & utatur æger cibis boni succi & facilis concoctio-nis, illique condiantur hyssopo, caryophyllis, salviâ, cinamomo, majoranâ, ~~macere~~, rotemarino, nuce noschata, rutâ. Vite-tut vinum, aut illud sit tenuis & medicaum, si id ægrotis ad re-staurationem virium & ventriculi confortationem concedere ve-limus; utatur potius cerevisiâ clara ac bñè defecatâ. Plus vigi-lient quam dormiant ætri, neque somnui capiant mox à sumpto cibo, illeque sit nocturnus non diurnus. Motus modicè factus ijs est perdoneus, in primis si ante cibum sia. Caveant sibi ab irâ, ti-more, tristitia, terrore, alijsque hujus gneris affectibus. Ante omnia autem cura habeatur, ut alvus semper aperta maneat, si id naturâ non fiat, clystere vel medicamento aliquo leniente naturæ succurrentum, atque omni ingenti laborandum, ne caput vapoibus repletatur.

Diæta.

Ex dñis. An̄t. p̄. 103.



Dicitur m̄c̄. xliii. Macer et Barbana ad-sit, cortex fraxinen, crassif. gat. & apri-  
gen. & contra cruentas exca-  
does, dysenterias & alteri fluxiones cibis  
sed fructu Leg. dñs p. 103.

Quæq. m̄c̄ se differunt, qualita-te, substantia figura, planta, Regia-e  
Macer et macer diff. el.

Macer rigens et acut.  
Macer calida et sicca ex siccitate  
Fusco. Macer temperata.  
Macer calida  
Macer ex siccitate  
Macer sapne subani e.  
Macer cortex crassif e.  
Macer tenax.



## COROLLARIA.

I.

*An sanguis humanus calidè epotus Epilepticos  
levet? N.* Foll. p. 122.

II.

*Utrum color in oculo symptoma sit, an morbus?  
Aff. post.*

III.

*Utrum navigantium nausea sit per proprium affe-  
ctum ventriculi, an verò per consensum capi-  
tis? Aff. post.*

Aff. Ant. p. 84 IV.

*An amphora in primis qualitatibus sit frigida? N.* Ant. p. 84.

V.

*An diurna illa quorundam inedia provociat à  
crudis ventriculi succis? N.*

VI.

*An in omni febri ab humoribus conveniat vene-  
fatio? N.*

mf(0)90



COROL

I.

An sanguis humanus  
levet? N. Holl. p. 1

II.

Utrum color in oculo syn  
Aff. post.

III.

Utrum navigantium na  
ctum ventriculi, an  
tis? Aff. post.

Aff. Anglatas p. 84 IV.

An amphora in primis?

V.

An diurna illa quoru  
cridis ventriculi su

VI.

An in omni febri ab hu  
seclio? N.

• 8(0) •





lores quoque dentium vehementes, cerebro in convulsiones excitat possunt.

XVII.

Signa quæ Epilepticum paroxysmum p. alia dantur, vulgatissima autem sunt; capi- lor, faciei obscuratio, caligo oculorum, audi- monis laetio, cogitationum turbatio, oblivisce- stitia, & quando homo subito sine ullâ instantis corruit.

XVIII.

Paroxysmum vero jam præsentem, iam parte proveniat, indicant convulsiones, tremores, in gyrum circumactus, lapsus in terram animalium laetio, spumæ ex ore eruptio, urinæ, minis præter voluntatem excretio.

XIX.

Epilepsia omnis per se grave malum est, vero illa, si quis vehementi convulsione conci- missione longis & fortibus quatatur motibus, gnum est, stertor, dentium stridor, partium facie multa, seminis effusio, & imprimis si spiratio ve- ta & difficulter procedat; significat enim facultas esse debilitas, ut instrumentis respirationi ins- modo uti non possit; periculosiswa omnium ha- rat verò hic morbus saepe ad annos pubertatis us- verit, difficilioris jam est curationis.

XX.

Mature igitur sævo huic malo succurre- tibus in id incumbendum, ut causæ, ubicunq; eti- pore tollantur. In curatione ergo duo tempora observanda, unum paroxysmi, alterum intermis- faciendum, ut æger quam citissimè à paroxysmo xysmus solvatur: In intermissione opera dandæ reperat, neq; æger imposterum iterum corripia-

the scale towards document

to,

lijc

lo-

er-

ce-

ne

et-

hi,,

um

se-

re-

er-

fi-

ma

di-

a-

ito

Du-

ra-

vi-

Curatio-

or-

nis scopi.

mè

ori

ro-

ntus

pod




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. [redacted]  
Patch Reference numbers on UTT